

priis praelatis, sive monasteriis. Habetur haec excommunicatio in Clementinis *De Statu Monachorum lib. III, Tit. XIV*: « Quod si ut » suis praelatis aut Monasteriis da- » mnum aliquod inferant, ad dictas » Curias se conferre praesumpse- » rint, excommunicationis senten- » tiam eos incurrere volumus ipso » facto. »

2. Secunda habetur in eadem Clementina, eaque Monachi prohibentur, quominus sine licentia Abbatibus infra Monasterii septa teneant: « Praefatae quoque sententiae (excommunicationis) monachos infra septa monasteriorum sine licentia Abbatum suorum arma tenentes, decernimus subiacere. »

3. Tertia in eos viget Regularium Superiores vel Monasteriorum Praefectas quae statutam impostamque clausuram violent vel violari permittant. Ex Const. *Ubi gratiae* lata a Gregorio XIII, quam retulimus in *Comment. Nostris T. 1. pag. 768.* et ex Const. *Decoris* lata a S. Pio V (*Ibid. pag. 708*).

5. Quinta ii corripuntur Regularium superiores, qui non denunciant suos subditos haereticos vel de haeresi suspectos, ad tramites Constitutionis *Romanus Pontifex* latae a Paulo V sub die 1 Septembris 1606, qua § 5 decernit: « Prae- » terea ipsis generalibus, superio- » ribus et praelatis pari auctoritate » praecipimus atque mandamus ut » omnes processus et acta causa-

» rum huiusmodi Inquisitoribus seu » Ordinariis praedictis respective » remittant et consignent; nec non » professores, fratres, et religiosos » supradictos, quos haeresis labe » infectos vel suspectos, etiam in » visitatione esse noverint, absque » alia consultatione cum propriis » superioribus facienda, eisdem In- » quisitoribus vel Ordinariis loco- » rum vicinioribus respective de- » nuncient. »

» § 6. Quod si generales aliquae » praedicti praesentibus litteris non » paruerint, eos omnes privationis » quarumcumque dignitatum seu » praelaturarum vel officiorum suo- » rum Ordinum, ac vocis activae » et passivae, perpetuaeque inhabi- » litatis ad eadem, nec non contra » fautores haereticorum et impedi- » tores Officii statutas et inflictas » poenas, aliasque censuras eccle- » siasticas, etiam excommunicatio- » nis maioris latae sententiae, a » qua non nisi a nobis vel a Ro- » mano Pontifice pro tempore exi- » stente, praeterquam in mortis » articulo, absolutionis beneficium » valeant obtinere, eo ipso incur- » risse. »

Haec sed vero Pauli V Constitutio confirmata fuit ab Alexandro Papa VII in Congregatione generali S. Officii habita feria V, die VIII Iulii 1660 per decretum seu Constitutionem *Licet alias*, quae habetur in Bullario Rom. Edit. Taurinen. *Tom 16. pag. 582.* In hac autem Constitutione praedictas poe-

nas Pontifex extendit ad Superiores quocumque praetextu retrahentes qui subditos deterrent ne ad Supremam Inquisitionem recursus superiores etiam leviter de fide suspectos denunciare vellent (1).

(1) § 1. « Nihilominus animadvertens ss. D. N. Alexander VII ab aliquibus regularibus in dubium revocari praedictam denunciandi obligationem, adeo ut nedum suos subditos non denuncient, verum etiam fideles ad ipsos pro consilio recurrentes an debeant s. Officio denunciare quae audierunt aut viderunt ad ipsum s. Officium spectantia, ad id faciendum, ut deberent, non obligent, imo aliquando eosdem perperam instruant non teneri, nec sub obligatione constitutionum Apostolicarum comprehendi, et hanc opinionem erroneis aliquot doctorum sententiis confirmare tentantes, eosdem in maximum fidei discrimen ab onere denunciandi retrahere conentur ».

§ 2. « Volens proinde Sanctitas Sua abusum huiusmodi ex sui pastoralis Officii debito coercere, post maturam facti discussionem, auditis votis eminentissimorum et reverendissimorum doctorum Cardinalium adversus haereticam pravitatem generalium inquisitorum, innovat Constitutionem praedictam a felicis recordationis Paulo V emanatam, et quatenus opus sit, eam declarans, hoc praesenti decreto districte praecipit et mandat omnibus et singulis regularium generalibus, provincialibus, Abbatibus, prioribus, guardianis, rectoribus, praepositis, aliisque... Superioribus cuiuscumque Ordinis et Instituti... ut omnino dictae Constitutioni in omnibus pareant, et omnes et quoscumque religiosos, tam sibi ipsis subditos quam non subditos cuiuscumque dignitatis, gradus et conditionis existant, haereticos vel de haeresi quomodocumque etiam leviter suspectos deferant et iudicialiter denuntient Inquisitoribus vel locorum Ordinariis, et nullatenus in causis ad s. Officium spectantibus audeant se intrmittere, neque suos subditos ad s. Officium recurrentes, vel recurrere aut accedere volentes, molestare, vexare, vel alio quovis modo sive directe sive indirecte avertere, retrahere, dissuadere; imo praedictos suos subditos monere debeant, ut ipsi quoque eidem decreto omnino pareant, et alios Christi fideles etiam confratres suos ad parendum pariter hortentur et suadeant, reiectis poenitis huiusmodi opinionibus atque interpretationibus; quas Sanctitas Sua... tamquam perniciosas, temerarias, et non consistentes, et a mente Sanctitatis Suae prorsus alienas, reprobavit et reprobat ».

§ 3. « Et quia quandoque etiam eorum subditi deficiunt in eo quod ipsis implendum incumbit cum religiosis eiusdem alteriusve Ordinis, aliisque quibuscumque personis de fide suspectis, ceterisque petentibus consilium in materiis ad s. Officium spectantibus, ita ut nedum ipsimet denunciationes differant vel ab illis prorsus abstineant, verum etiam multoties ab eisdem alios a se consilium petentes retrahant malis artibus, vel mendicatis doctorum opinionibus, vel sub fraternae correctionis factae vel faciendae, aliove praetextu ».

§ 4. « Propterea idem Sanctissimus declaravit praefatos subditos absque ulla participatione, etiamsi nulla sit petita venia a Superioribus, etiamsi nulla fraterna correctio vel alia monitio praemissa fuerit, omnino teneri et obligatos esse accedere ad denunciandum Ordinariis vel Inquisitoribus locorum quoscumque etiam confratres ac superiores etiam primarios suos eiusdem Ordinis et religionis, quos noverint esse de fide quomodolibet, etiam leviter suspectos; ac propterea eosdem

Et haec quidem sunt, vel alia huiusmodi, quae ad religiosorum ordinum internum regimen spectant.

Aliae censurae igitur quae ad huiusmodi internum regimen vel promovendum vel conservandum non referuntur abrogatae sunt censendae.

Hinc abrogatae sunt habendae excommunicatio et suspensio latae contra Regulares qui Ecclesiarum

decimas sibi usurpant, quaeque habentur *Clementinarum 1 De decimis, primitiis etc. (1) Et Cap. III de poenis*. Abrogata pariter est excommunicatio lata in regulares qui aliis suadent, voto aut iuramento interposito, ut sibi sepulturam in Regularium Ecclesiis eligant, aut ne electam mutant. Quae habetur in *Clementinarum lib. V Cap. III De poenis (2)*.

Item cessavit excommunicatio

» debere omnes et quoscumque etiam alios a se consilium ut supra petentes monere
» et obligare ad denunciandum, nec posse illos a denunciando sub dictae fraternae
» correctionis vel alio quovis praetextu retrahere aut retardare, et praefatos omnes
» tam superiores quam subditos contrafacientes Sanctitas Sua voluit et declaravit
» subiacere omnibus censuris in dicta Constitutione Pauli V expressis, nec non
» privationis quarumcumque dignitatum seu praelaturarum seu officiorum suorum
» Ordinum, ac vocis activae et passivae, perpetuaeque inhabilitatis ad easdem, ipso
» facto et absque alia declaratione incurrendis, aliisque Sanctitatis Suae ac suc-
» cessorum arbitrio infligendis, poenis, quarum relaxationem, suspensionem, abso-
» lutionem, vel dispensationem Sanctitas Sua sibi ipsi et successoribus suis Romanis
» Pontificibus tantum expresse reservavit ».

(1) « Religiosi quicumque qui novalium aut alias decimas ecclesiis debitas ad
» eos ex aliqua causa legitima non spectantes appropriare sibi praesumpserint, aut
» exquisitis fraudibus sive coloribus usurpare. Seu qui de animalibus familiarium
» et pastorum suorum, vel aliorum etiam animalia ipsa eorum gregibus immiscen-
» tium. Seu qui de animalibus quae in fraudem Ecclesiarum in pluribus locis
» emunt, emptaque tradunt venditoribus, vel aliis ab ipsis tenenda. Seu qui de
» terris quas tradunt aliis excolendas decimam solvi Ecclesiis non permiserint,
» aut prohibuerint, nisi post requisitionem per eos quorum intererit super hoc eis
» factam a praemissis destiterint intra mensem, aut si de iis quae contra prae-
» missa usurpare vel retinere praesumpserint intra duos menses damnificantis Ec-
» clesiis emendam non fecerint competentem, sint et tamdiu maneat ab officiis,
» administrationibus et beneficiis suis suspensi donec destiterint et satisfecerint,
» ut super est expressum. Quod si religiosi huiusmodi administrationes vel bene-
» ficia non habeant, eo casu quo alii supradicti suspensionis, ipsi sententiam ex-
» communicationis incurrant, ante satisfactionem condignam nullatenus absolvendi,
» privilegiis non obstantibus quibuscumque ».

(2) « Sane temerarios violatores constitutionis illius quae religiosis et clericis
» saecularibus prohibet ne aliquos ad vivendum, iurandum, vel fide interposita,
» seu alias promittendum inducant ut sepulturam apud eorum ecclesias eligant,
» vel iam electam ulterius non immutent, similem sententiam (excommunicationis)
» incurrere volumus ipso facto; ab alio quam a Sede Apostolica, praeterquam in
» mortis articulo, nullatenus absolvendos ».

lata a Clemente VIII, seu a S. Congregatione Episcoporum et Regularium de ipsius mandato, sub die 9 Ianuarii an. 1601 contra regulares qui sine debita facultate absolvere praesumunt a casibus, quos in respectivis Dioecesibus sibi Episcopi reservant. Quod decretum habetur apud Bizzarri *Collectanea pag. 17*.

Demum nullius roboris de coe-tero est suspensio ab exercitio Pon-

tificalium Regularibus illis inflicta, qui ad episcopalem dignitatem promoti, Instituti sui regulas non servant; quam suspensionem tulit Benedictus XIII, Const. *Custodes*; quae Constitutio deest quidem in Bullario Romano, at reperitur in Bullario Ordinis Praedicatorum Tom. IV, pag. 582 (1).

Per coetus et loca pia unum idemque intelligimus. Ea autem

(1) Nonnulli Commentatores censent adhuc tenere excommunicationem latam in Apostatas a Religiosis ordinibus ad normam Cap. *Ut periculosa 2 Ne Clerici vel Monachi in 6*, quod ita legimus: « Ut periculosa religiosis evagandi materia sub-
» trahatur, districtius inhibemus, ne de coetero aliquis quaecumque religionem
» facite vel expresse professus, in scholis vel alibi temere habitum religionis suae
» dimittat; nec accedat ad quaevis studia litterarum, nisi a suo praelato cum con-
» silio sui conventus, vel maioris partis eiusdem sibi eundi ad studium licentia
» primitus sit concessa. Si quis autem horum temerarius violator extiterit, excom-
» municationis incurrat sententiam ipso facto ». At eiusmodi excommunicatio non
» tenet contra electos a Religione, qui habitum dimittunt; nam hunc dimittere de-
» bent, imo eo expoliantur ante quam eiciantur, ut ex Decreto Urbani VIII patet, de
» quo apud Ferraris V. *Eiecti a Religione n. 35*. « Si vero non appellaverit debet
» transactis ipsis decem diebus ab intimata sententia e carcere educi, et coram
» tota Religiosorum communitate corona clericali et regulari privari, et per supe-
» riorem forma habitus Regularis exui, et confusibiliter eici in habitu clericali
» sub iurisdictione et obedientia ordinarii loci victurus, ut praescribitur in cit. § 4
» decreti editi sub Urbano VIII: *Sic vero eiecti quamdiu non redierint ad religio-
» nem, in habitu clericali incedant, atque Ordinarii loci iurisdictioni et obedientiae
» subsint* ». Cum itaque haec contra eiectos pontificio decreto decernantur, quae
» universaliter obligat, eiecti ob habitus dimissionem nulla tenentur excommunica-
» tione. At ea tenentur ne Apostatae? Haec observamus. In cit. Cap. *Ut periculosa*
» excommunicatione pleetur apostasia ab Religione; at censetur verus apostata qui
» deseruerit religionem sine animo ad eam redeundi, quamvis retineat habitum, ut ex-
» presse declaravit Clemens VIII in suo decreto 26 Maii 1593: *Apostasia a religione,
» sive habitu dimisso sive retento, quando eo pervenit, ut extra septa monasterii sive
» conventus fiat egressio*. Quod decretum confirmatum fuit ab Urbano VIII die 21 Se-
» ptembris 1624. At his decretis iure censemus derogatum Concilii Trident. *Cap. XIX
» Sess. 25 De Regular. et Monial...* ex quo Fagnanus alique inferebant, ad incur-
» rendam excommunicationem ob Apostasiam necessariam esse habitus dimissionem.
» Cum itaque in apostasia necessarium non sit habitum retinere, et excommunicatio
» in Cap. *Ut periculosa* lata sit pro apostasiae crimine satis patere arbitramur,
» apostatas ob dimissionem habitus excommunicationem non incurrere. Hoc autem
» probatur ulterius ex praxi quam S. Congreg. EE. et RR. nunc adhibet: etenim
» apostatis a Religione praecipit ut habitum dimittant.

loca ita vocantur quae instituta ordinataque sunt ad opera pietatis exercenda, sive Deum sive proximum respiciant, proprio et interno regimine pollent, et particulares hominum societates constituunt.

Attamen ex iis quaedam privatorum voluntate erecta sunt sine ulla auctoritate ecclesiastica, vel ab ea dependentia; et improprie loca pia nuncupantur. Alia vero et auctoritate ecclesiastica erecta fuere, et ab ea dependent, et proprie loca pia nuncupantur; de ratione essentiali enim piorum institutorum est ut Ecclesiastica auctoritate instituantur et aliquo pacto regantur, cum ea decernere quae vel ad Dei cultum, vel proximorum salutem, aut pietatis incrementum spectant, ad Ecclesiasticam potestatem pertineat. Cum autem in lege poenali versemur, loca pia stricto accipimus sensu. Si quae igitur poenae vel censurae latae pro eiusmodi locorum piorum interno regimine reperiuntur, eae vigent, et incurruntur ab iis qui latas praescriptasque leges et regulas transgrediantur.

Attamen relate ad earum absolutionem advertendum est, eas adhuc absolvi posse ab iis superioribus, qui ante Constitutionem *Apostolicae Sedis* eas absolvendi potestate fruebantur. Etenim quamvis in *Piana Constitutione* revocatae fuerint facultates absolvendi a cen-

suris Rom. Pontifici reservatis, de illis tamen sermo est censuris quae generales sunt, quibusque fideles quilibet obstringuntur, non de censuris latis pro particularibus Institutis, atque religiosis Ordinibus; has enim in eo reliquit robore, quo erant: *eas omnes firmas esse, et in suo robore permanere volumus et declaramus*. Cum itaque Legislatores has ita reliquerit, nec facultates revocaverit, quibus eas absolvendi sive superiores, sive alii fruebantur; et facultas absolvendi a particularibus censuris diversa plane sit ab ea quae conceditur pro absolvendis censuris quae generice feruntur, consequenter etiam revocatio facultatum, non censentur sive superiores Regulares, sive Institutorum, locorumque piorum Rectores privati facultatibus absolvendi ab illis censuris particularibus, quamvis absolutio reservata foret Rom. Pontifici; revocatio enim legitimarum facultatum non praesumitur, sed probanda est.

Exinde autem nemo inferat eiusmodi superiores absolvere etiam posse subditos ab iis censuris quae in *Const. Apostolicae Sedis* latae leguntur, si quis eorum subditus eas incurrat. Pro iis enim adest revocatio generalis, neque illae pertinent ad particulares coetus, Ordines, vel loca pia; qua de causa, relate ad has, subditus se habet ut alius fidelis quilibet.

APPENDIX LIX.

De facultatum aut privilegiorum absolvendi a censuris revocatione.

Ut latarum in sua Constitutione cuiuscumque nominis censurarum reservatio firma consisteret Pius Papa IX opportune revocat privilegia et facultates, quibus innixi, Regulares praesertim, etiam ab reservatis S. Sedi censuris absolvere potuissent. Hinc ita prosequitur:

« Ceterum decernimus, in novis » quibuscumque concessionibus ac » privilegiis, quae ab Apostolica » Sede concedi cuivis contigerit, » nullo modo ac ratione intelligi » umquam debere, aut posse com- » prehendi facultatem absolvendi » a casibus et censuris quibuslibet » Romano Pontifici reservatis, nisi » de iis formalis, explicita ac in- » dividua mentio facta fuerit: quae » vero privilegia aut facultates, sive » a Praedecessoribus Nostris, sive » etiam a nobis cuilibet Coetui, Or- » dini, Congregationi, Societati et » Instituto, etiam regulari cuiusvis » speciei, etsi titulo peculiari prae- » dito, atque etiam speciali men- » tione digno a quovis umquam » tempore hucusque concessae fue- » rint, ea omnia, easque omnes No- » stra hac Constitutione revocatas, » suppressas, et abolitas esse volu- » mus, prout reapse revocamus, » supprimimus et abolemus, mi- » nime refragantibus aut obstanti- » bus privilegiis quibuscumque, » etiam specialibus, comprehensis,

» vel non, in corpore iuris, aut » Apostolicis Constitutionibus, et » quavis confirmatione Apostolica, » vel immemorabili etiam consue- » tudine, aut alia quacumque fir- » mitate roboratis, quibuslibet et- » tiam formis ac tenoribus, et cum » quibusvis derogatoriis, aliisque » efficacioribus et insolitis clausu- » lis, quibus omnibus, quatenus » opus sit, derogare intendimus et » derogamus.

» Firmam tamen esse volumus » absolvendi facultatem a Triden- » tina Synodo Episcopis concessam » *Sess. XXIV cap. VI de Reform.* » in quibuscumque censuris Apo- » stolicae Sedi hac nostra Consti- » tutione reservatis, iis tantum ex- » ceptis, quas eidem Apostolicae » Sedi speciali modo reservatas » declaravimus.

» Decernentes has litteras, atque » omnia et singula, quae in eis con- » stituta ac decreta sunt, omnesque » et singulas, quae in eisdem fa- » ctae sunt ex anterioribus Consti- » tutionibus Praedecessorum No- » strorum, atque etiam nostris, aut » ex aliis sacris Canonibus quibus- » cumque, etiam Conciliorum ge- » neralium, et ipsius Tridentini, » mutationes, derogationes, ratas et » firmas, ac respective rata atque » narios et integros effectus obti-